

XVII. APRILIS. Sancti Anicéti Papæ & Mátyris, Epist. Stabunt justi in magna constantia, de communi unius Mart. tempor. Paschali, pag. vi.

XXI. APRILIS. In festo S. Anselmi Episc. & Conf. Epist. Charissime, Testificor, de communi Doct. pag. xv.

XXII. APRILIS. In festo sanctorum Mátyrum & Pontificum Soteris & Caji, Epist. In diebus illis: Post hæc ego Joannes, ut in communi Mátyr. tempor. Paschal pag. vii.

XXIII. APRILIS. In festo S. Geórgii Mart. Epistol. Charissime, Memor esto Dóminum Jesum, de communi unius Mart. non Pont. pag. iv.

XXIV. APRILIS. Sancti Fidelis á Sigma-
ringa Mart. Epistola: Stabunt justi in magna, de communi Mart. tempore Paschali, pag. vi.

XXV. APRILIS. In festo S. Marci Evangelistæ. Léctio Ezechiélis Prophætæ.

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hominis, & facies leónis á dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis á sinistris ipsorum quatuor, & facies áquilæ desuper ipsorum quatuor. Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum jungébantur, & duæ tegébant corpora eorum: & unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spíritus, il-

luc

luc gradiebántur, nec revertébantur cum ambularent. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbónum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadárum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrédiens. Et animalia ibant, & revertébantur, in similitudinem fulguris coruscantis.

XXIX. APRILIS. In festo sancti Petri Mátyr. Epistol. Charissime, Memor esto, de communi Mátyrum non Pontif. pag. iv.

XXX. APRILIS. In festo sanctæ Catharinæ Senénsis Virginis, Epist. Fratres, Qui gloriátur, de communi Virginum, pag. xix.

FESTA MAIL.

I. MAIL. In festo SS. Apostolorum Philippi & Jacobi. Léctio libri Sapiéntiæ.

XXVI. APRILIS. In festo SS. Cleti & Marcellini Pontificum & Mátyrum, Epist. Benedictus Deus & Pater, de communi plurimorum Mátyr. tempor. Paschali, pag. vi.

XXVIII. APRILIS. S. Vitális Mátyr. Epist. Stabunt justi in magna, de comm. unius Mart. tempor. Paschali, pag. vi.

Stabunt justi in magna constantia, adversus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labores eorum. Videntes turbabúntur timóre horribili, & mirabúntur in subitiónem

ins.

insperatæ salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquandò in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

II. MAIL

In festo S. Athanasii
Episcopi & Confes.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apostoli ad
Corinthios.

^{2.}
^{4. b.}

FRatres, Non nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum: nos autem servos vestros per Jesum: quoniam Deus, qui dixit de

tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aperiâmur, sed non destituimur: persecutiõnem patimur, sed non derelinquimur: deijcitur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum

fi-

fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes, quoniam qui suscitavit Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum.

III. MAIL

In festo Inventionis
S. Crucis.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apostoli ad
Philippenses.

^{Phil.}
^{2.}

FRatres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetip-

sum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: * UT IN NOMINE JESU OMNE GENU FLECTATUR CÆLESTIUM, TERRESTRIUM, ET INFERORUM; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

IV. MAIL

In festo S. Monicæ Viduæ. Epist. Charissime, Viduas honora, de communi nec Virg. nec Martyr. pag. xxii.

V. MAIL

In festo S. Pii V. Pap. & Conf. Epist. Ecce Sacerdos, de communi Conf. Pont. pag. xii.

• Hic
genu
flecti-
tur.

Aa

VI.

VI. MAIL.
In festo S. Joannis ante
Portam Latinam. Epist.
Stabunt justi in magna,
de commûn. unius Mart.
temp. Paschali, pag. vi.

VII. MAIL.
In festo S. Stanislai Episc.
& Mart. Epist. Stabunt
justi in magna constan-
tia, de commûn. unius
Mart. temp. Paschali,
pag. vi. extra temp. Pas-
chal. Epist. Charissimi
Beatus vir, de commûn.
unius Martyr. Pontific.
pag. i.

VIII. MAIL.
In Apparit. S. Michaël.
Archang. Epist. In diebus
illis: Significavit Deus,
ut infra, in Dedicacione
ejusdem, die 29. Septem-
bris.

IX. MAIL.
In festo S. Gregorii Na-

zianzeni Episc. & Conf.
Epist. Justus cor suum
tradet, de comm. Doc-
tor. pag. xv.

X. MAIL.
In festo sancti Antonini
Episcop. & Conf. Epist.
Ecce Sacerdos, de com-
mûn. Confes. Pontific.
pag. xii.

XII. MAIL.
In festo SS. Nerei, Achil-
lei, & Domitillae Virg. at-
que Pancratii Mart. Epis-
tola: Stabunt justi, de
comm. Martyr. tempor.
Paschali. pag. vi. extra
tempus. Paschale Epist.
Justi autem, de comm.
plurim. Mart. pag. viii.

XIV. MAIL.
In festo S. Bonifacii Mar-
tyr. Epist. Stabunt justi,
de comm. unius Mart.
tempor. Paschal. pag. vi.

XVI.

XVI. MAIL.
In festo S. Ubaldi Episc.
& Conf. Epist. Ecce Sa-
cerdos magnus, de com-
mûn. Conf. Pont. pag. xii.

XVII. MAIL.
In festo S. Paschalis Bai-
lon Confessoris Epistola
Beatus vir, de comm.
Confes. non Pontif. pag.
xvi.

XVIII. MAIL.
In festo S. Venantii Mart.
Epist. Stabunt justi, de
commûn. Martyr. tem-
por Pasch. pag. vi. extra
tempus Paschal. Epistol.
Justum deduxit Dômi-
nus, de comm. unius
Mart. non Pont. pag. iii.

XIX. MAIL.
In festo S. Petri Coelesti-
ni Papæ & Conf. Epist.
Ecce Sacerdos magnus,
de commûni Confessor.
Pontif. pag. xii.

XX

XX. MAIL.
In festo S. Bernardini
Conf. Epist. Beatus vir,
de comm. Confes. non
Pontif. pag. xvi.

XXV. MAIL.
In festo S. Gregorii VII.
Pap. & Confes. Epist.
Fratres, Plures facti sunt
Sacerdotes, de communi
Conf. Pontif. pag. xiii.

XXVI. MAIL.
In festo S. Philippi Nerii,
Confes. Epist. Optavi,
ut in festo S. Thomæ
Aquinatis die vii. Martii,
pag. 168.

Si aliquod festum ex
sequentibus venerit tem-
pore Paschali, Epistola
dicitur de communi tem-
poris Paschalis. Si autem
venerit post Octavam
Pentecostes, dicitur ut
infra assignatur.

Aa 2

XXVII.